

Band VI., Nr. 1778, Seite 172

Die Wittve J. und die hinterlassenen drei Söhne des Ritters Marquard Müller von Ihlingen überlassen die eine Hälfte ihres von den Herren von Wolfach zu Lehen gehenden Zehnten in Ergenzingen dem Kloster Kirchberg um ihres und ihres verstorbenen Gatten und Vaters Seelenheils willen sowie zum Troste ihrer Schwester schenkweise, die andere Hälfte gegen einen baren Kaufschilling.

Ohne Ortsangabe, 1265.

Universis presens scriptum inspecturis J. relicta Marquardi quondam militis dicti Molendinarii de Ielingen, Fridericus, Wernherus, Volmarus, filii eiusdem, rei geste cognoscere veritatem. Cum is, de cuius munere venit, ut sibi digne ac laudabiliter serviatur a suis fidelibus, bene facientibus multo maiora retribuat, nos deliberato consilio et pari consensu, presentibus dilectis patris nostris, Wernhero milite, Kratone clerico felicis recordacionis, in remedium animarum nostrarum et anime beate memorie Marquardi, patris nostri premissi, mariti matris nostre, nec non et in solacium dilecte sororis nostre sanctimonialis in Kilperg, medietatem decime nostre in Ergatzingen, quam progenitores nostri et nos a dominis de Wolua possedimus iure feudali, priorisse et conventui sororum in Kilperg, Constantiensis dyocesis, libere contulimus. Reliquam autem medietatem eiusdem decime pro XXX libris Túwingensium et X solidis legalis monete, quas iam recepimus, eisdem priorisse et sororibus vendidimus in omni iure ac tranquilla libertate, qua nos et antecessores nostri eam habuimus, perpetuo possidendam, et renunciantes omni iuri pro nobis et nostris liberis et posteris ex nunc et deinceps in omne tempus, quod^a nobis et nostris cum nostra erat decima competere videbatur. Testes sunt: Berchtoldus de Ruwenfels miles, Timo filius, Wer. de Ielingen, H. de Kalckwile, nobiles, Conradus dictus Herter, Bertholdus dictus Sclaris, Cûnradus dictus Smerwer, Berchtoldus de Ergatzingen et alii quam plures fide digni.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LXV. Ut autem firma permaneant, feci hanc cedulam sigillis dominorum paletini de Túwingen et C. de Wolua et nostro communiri.

Nach dem Kopialbuch des Klosters Kirchberg aus dem 16. Jahrhundert, fol. LXXX-XIII.

^aIn der Vorlage unrichtig: *que*.

Überlieferung und Publikationen

Überlieferung und Textkritik:

War im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 160, fol. 94 (Kopialbuch des Klosters Kirchberg).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Ergenzingen Wohnplatz (16168)
 Ergenzingen, Rottenburg am Neckar, Tü
 Ihlingen Wohnplatz (7486)
 Ihlingen, Horb am Neckar, FDS
 Kalkweil Wüstung (38995)
 Kalkweil, Rottenburg am Neckar, Tü, W
 Kirchberg Wohnplatz (12729)
 Kirchberg, Sulz am Neckar, RW
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Rauhenfels Wüstung (22969)
 Rauhenfels, Baiersbronn, FDS, W
 Wolfach Wohnplatz (12069)
 Wolfach, OG